



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 13. Monasteriensis Episcopi mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI,
A.C. 1574.

§. XIII.

Monasteriensis Episcopi mors.

Thuan. l. c. Tandem hoc etiam anno Monasteriensis Episcopus ex illustri Comitum Hohenjensium familia parentibus Joanne Hohenjo, & Margarita Gustavi Sueciæ Regis Sorore natus decessit. Hic Parisiis humanioribus literis, atque in Italiam contendens sublimioribus scientiis operam dabat: in Germaniam vero reversus Cameræ Imperialis Præses nominabatur: cum autem vir esset raris animi dotibus illustris, atque excellenti ingenio, multarumque linguarum notitia ornatus, ob id Paderbornensis, & dein Osnabrugensis, ac postremo Monasteriensis Episcopus illorum Collegiorum suffragiis electus est, adeo, ut eodem tempore trium horum Episcopatum administrationem in se suscipere cogeretur; obiit is anno ætatis suæ quadragesimo quarto: eo autem defuncto tribus hæc Ecclesiis, quas simul possidebat, suis cuique Præsul dabatur, & quidem in Monasteriensi Episcopatu ei successit Joannes Guilielmi Clivæ Ducis Filius, annos tum tantum duodecim natus: Osnabrugensem vero Henricus Saxonizæ Dux, Archiepiscopus Bremensis, & Paderbornensem Ecclesiam Salentinus
Ei-

Eisenburgensis Colonienſis Archiepiſcopus acceperunt. Sæcul. XVI.
A.C. 1574.

§. XIV.

*Censura in hispanam novi Testamenti
versionem.*

Circa Mensẽm Aprilem ejusdem anni *Argentre*
Parisiensis Curia ad Facultatem *collect. jud.*
Theologicam transmittēbat novi Testa- *tom. 1. app.*
menti interpretationem, quæ hispano *p. 23. tom. 2.*
idiomate absque Auctoris, ac Typogra- *p. 421. Es*
phi nomine vulgabatur, ex qua tamen *seq.*
triginta, & una propositiones fuere de- *Collectio eo-*
promptæ, atque in latinum idioma ver- *rum. qui S.*
sæ ferme cunctæ ex Genevenſibus Bi- *Script. in*
bliis, atque Calvini schola mutuatæ *vulg. ling.*
deprehendebantur, omnesque ad ever- *trans. damn.*
tenda piarum actionum merita tendere *edit. Paris.*
censebantur: quapropter Facultas in *2. p. p. 52.*
earum censura, quam tulit, ita pro-